NOBILI- TATI. SACR
NOBILITAS
SOLA EST
ATQUE UNICA VIRTUS
JURISPRUDENTIA
HEROICA
DE JURE
BELGARUM
NOBILITATEM
ET INSIGNIA

JURISPRUDENTIA HEROICA

SIVE

DE JURE BELGARUM

CIRCA

NOBILITATEM

ET INSIGNIA

Demonſtrato in Commentario ad Edictum Sereniſſimorum Belgii Principum

ALBERTI ET ISABELLÆ

Emulgatum 14. *Decembris* 1616.

In quo Interpretationes ſeu Declarationes Regiæ ejuſdem Edicti, leges Romanæ, variæ ſupremorum Senatuum Deciſiones, Hiſtoriæ, Antiquitates, Fragmenta genealogica, Tituli & Ordines Equeſtres à Rege Catholico concedi ſoliti, Belgiique & aliarum gentium mores confirmantur, confutantur, & illuſtrantur.

BRUXELLIS,

Sumptibus BALTHAZARIS VIVIEN, ſub ſigno Boni Paſtoris 1668.

DE IVRE BELGARVM

CIRCA

NOBILITATEM ET INSIGNIA

Demonſtrato in Commentario ad Edictum Sereniſſ. Archid. de anno 1616.

PHILIPPUS II. Hiſpaniarum Monarcha Belgarum Princeps, omniumque ſæculi ſui Principum Maximus, & qui conferri meritò cum primis omnium retrò ſæculorum Regibus poſſit & debeat, apprimè noverat Imperatoriam Majeſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus oportere eſſe armatam: illis ſe Alexandro parem, his Soloni aut Lycurgo ſimilem profeſſus eſt: illis hoſtium retudit impetus, his civitates integras civeſque incolumes ſervavit. Noverat Belgarum animos honoris & gloriæ gentilitiæ, etiam quàm par eſt cupidiores, ubique nobilitatem ſeu veram ſeu fictitiam affectari, arma, titulos, inſignia undequaque, etiam inter infimæ ſortis plebem irrepere. Hanc Reip. perniciem, hos vulgi abuſus rectè cenſuit eliminandos, ut dignitatum ordo, & ſua cuique prærogativa illibata conſervaretur, leges adhibuit & Edictum anno 1595. in Belgio publicandum ſtabilivit: enim verò quis neſcit hâc effrænatâ impunè toleratâ licentiâ veram interire nobilitatem, illuſtres ſordidis immiſceri, tenebris lucem, nocti diem, in priſtinum denique rediri chaos? ubi verò nihil magis Principi ad gloriam conducit, nihil ei illuſtrius quàm numeroſæ nobilitati imperare: *Omnes boni* (inquit M. Tullius orat. pro Sextio) *nobilitati favemus, & quia utile eſt Reip. eſſe nobiles homines dignos majoribus ſuis, & quia valere debet apud nos clarorum hominum de Rep. meritorum memoria etiam mortuorum.*

Non latuit hoc Philippum Macedonem, veterem omnem nobilem juventutem in pretio haberi, à plebæis diſcerni, & armis inſtrui curabat. Hinc illa ſtabilis Phalanx, robur Macedonum, componebatur, quâ unâ Orbis ſub Alexandro Imperium ſtetit: concidit verò gentis illius, vix aliàs intermoriture gloria ſub Imperio Perſei, corruente & neglecto nobilitatis illius cultu. Maximinus Imperator, ut in cæteris, quæ ad civilem vitam ſpectant, turpiſſimè aberravit, ita & hic quoque hallucinatus eſt, utpote qui nobilem circa ſe neminem umquam paſſus ſit, prorſus ut Spartaci, aut Athenionis exemplo impe-


Louys de Ligne Seign.r de Barbençon etc. Esp. Marie de Bergher Dame de Zevenberghes
Robert de la March Comte d'Aremberghe Esp. Walburg d'Egmont de Buren
de Croy Duc d'Arschot Comte de Porcean S. de Chievres Chlr de l'Ordre Gouvern. d'Haynaut Esp. Anne de Croy Princesse de Chimay Dame d'Avesnes Landrechies
Jean de Haleweyn de Nieuport Seig. de et de Comines Jeanne de Lannoy
Michel de Berlaymont Seig. de Floyon Esp. Marie Barant
Louys de Ligne Seig.r de Barbençon Esp. Marie de Berghes Dame de Zevenberghe
Comte de la Laing S. d'Escornaux, Conde Montigny Wavrin etc. Chlr de l'Ordre Esp. Marguerite de Croy Dame de Wavrin et d'Escaussines
de Ligne Comte d'Aremberghe Prince du S. Empyre S.r de Barbençon Chlr de l'Ordre Esp. Marguerite Comtesse de la Marck Princesse d'Aremberghe
de Ligne Comte d'Aremberghe Prince du S. Empyre Seig.r de Barbençon Zevenberghe Mirewart Egremont etc. Chlr de l'Ordre Esp. Marguerite Comtesse de la Marck Princesse d'Aremberghe Dame de Mirewart
de Croy Duc d'Arschot Prince de Chimay Conte de Porcean et de Zeneghem Chlr de l'Ordre Gouverneur de Flandres Esp. Jeanne Dame de Haleweyn et de Comines
Baron de Berlaymont Seig.r de Peruwez Hierges Hautepenne etc. Chlr de l'Ordre Gouverneur du Pays et Comté de Namur Esp. Adrienne de Ligne
Philippe Comte de Lalaing Baron d'Escornaux Grand Bailly d'Haynaut Espousa Marguerite d'Arembergue
Charles Comte et Prince d'Arembergue et du S.t Empyre Baron de Zevenberge Seig.r de Mirewart Naeldwyck etc. Chlr de l'Ordre Pair d'Haynaut et Mareschal hereditaire d'Hollande
Anne de Croy Duchesse d'Arschot
Florent Comte de Berlaymont et de la Laing Seig.r de Peruwez Hierges Hautepenne Floyon etc. Chlr de l'Ordre Gouverneur du Pays et Comté de Namur
Marguerite Dame Heritiere Comtesse de Lalaing Dame de Wavrin et Escornaix Paire de la Comté d'Haynaut
Philippe Comte et Prince d'Arembergue Duc d'Arschot Prince de Porcean et de Rebecque Marquis de Moncornet etc. Chlr de l'Ordre Esp.
Isabeau Claire de Berlaymont Comtesse de la Laing
Philippe François Duc d'Arembergue d'Arschot et de Croy Prince de Porcean et de Rebecque Marquis de Montcornet Comte de la Laing et de Zeneghem Baron de Zevenberghe Hierges Seigneur des Villes Terres et Seigries d'Enghien Halle Braine le Comte Peruwez etc. Chlr de l'Ordre Gouverneur Capitaine Gnal et Grand Bailly d'Haynaut